

rio ultra statutum caricato duplum naulum a patronis tarrete, infra quindecim dies postquam habuerint in noticia, accipere teneantur. Et si dictam penam auferre non poterunt, nos cum nostro consilio infra quindecim dies postquam nobis fuerint declaratum ipsam penam auferre uel auferri facere te || neamur, nos tenentes ad carius naulum quod ipsa tarreta fuerit naulizatum. c. 248

Statuto Zen, XLVI.

[2]. *Qualiter possunt caricari tarrete.*

Dicimus quod quilibet patronus tarrete debeat et possit ponere subtus in tarreta ad libitum suum, saluo quod non debeat caricare ultra illud quod dictum est superius.

[3]. *Qualiter patroni tenentur tarretas dare conzatas.*

Statuimus quod patroni tarretarum debeant dare tarretas suas bene conzatas atque calcatas de foris, et coopertam eius, sub pena uiginti librarum denariorum paruorum pro quolibet centenatio milliarii de hoc quod tarreta fuerit extimata; que pena in nostrum comune deueniat.

Stat. Zen, I.

[4]. *Qualiter debeant palmizari tarrete.*

Volumus quod quilibet tarreta palmizetur secundum quod patroni || concordēs fuerint cum naulizatis sub pena uiginti quinque librarum a patronis soluenda; que pena in nostrum comune deueniat. c. 248*

St. Zen, II.

[5]. *Qualiter tarrete debent de corredis ornari.*

Asserimus quod quilibet tarreta de arboribus et antennis atque antennis de dolono et tēmonibus sit decenter ornata.

St. Zen, VII.